



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.60. Pelagii Papæ obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI.
A. C. 590.

Omnes hæ Epistolæ effectu optato caruere, atque Eliam Patriarcham brevi post tempore mors abstulit, postquam Sedem Aquilejensem annis quindecim tenuisset. Ei successit Severus, quem Smaragdus Exarcha de Sede sua deturbavit; nam Gradam delatus ex Ecclesia abstractum cum aliis tribus Episcopis Istriæ, Joanne, altero Severo, Vindemio, & quodam Sene, cui nomen Antonius, Ecclesiæ Defensore, probrose Ravennam perduxit. Exilium illis minitabatur, & tantopere trepidantes exterruit, ut communicaverint inviti cum Joanne Episcopo Ravennatensi, qui tunc tria Capitula damnabat, postquam ea de causa ab Ecclesia Romana prius fuisset excommunicatus. Uno anno exacto Severus & cœteri Ravenna Gradam reversi sunt; at eos populus & Episcopi reliqui Schismatici, ipsorum iudicio Apostatas, recipere recusarunt.

§. LX.

Pelagii Papæ obitus.

Exinde post breve tempus Pelagius Papa obiit ex morbo contagioso, qui in medio Mensis Januarii anno 590. Romæ grassari cœpit. Animam reddidit octava Febr. postquam sedisset annis duodecim & ferme tribus mensibus. Domum suam in Hospitium ad excipiendos Se-

Greg. Tur.
L. X. imit.

N 3

nes

Sæculum VI. nes inopes convertit. Cœmeterium
A. C. 590. S. Hermetis Martyris restauravit, &
 fundamentis reparavit Ecclesiam S. Laurentii, cujus Sepulchrum argenteis tabulis ornavit. Simili marmore Sepulchrum S. Petri vestivit. Duabus Ordinationibus Mense Decembri creavit Presbyteros octoginta duos, Diaconos octo, Episcopos quadraginta octo, nempe diversis locis & temporibus, quod semper ita accipiendum est, nam Papa Clericos tantum in Romana ordinabant, at Episcopos plerisque in Italia Ecclesiis dabant.

Lib. Pont.



DISSER.